

M I M

1 6 4 8



~~C. 6. 5~~
Ll, 2, 3.

30 B 10.

In usum Pedagogii
Regii Glauchensi

3

VIRO
CLARISS. EXCELLENTISS.
& CONSULTISSIMO,
DN. M. CHRISTOPHORO
NEANDRO;

Philosophiæ Practicæ, in Illustri MAR-
CHIONUM BRANDEBURGENSIUM
Academia Profesori celeberrimo; Facul-
tatis Philosophicæ SENIORI
meritissimo:

FILIAM UNICAM
Præstantem & primariam Virginem,

DOROTHEAM SIBYLLAM,

Viro Amplis. ac Prudentissimo,

DN. SAMUELI GERSTMANNO,
Reipubl. Francofurtanæ CONSULI
Laudatis.

Anno CHRISTI M DC XXXII.

Mense Novembri, feliciter elocanti,

gratulantur

MUSAE VRATISLAVIENSES.

Typis GEORGI BAUMANNI.



DN
PH
FI



*Ad Amplissimum Prudentissimumq̄
Virum*

DN. SAMUELEM GERSTMANNUM,
CONSULEM Francofurtanum:
Clarissimi & Præstantissimi

Viri,

**DN. M. CHRISTOPHORI
NEANDRI**

PHILOSOPHIÆ Moralis in Academia Mar-
chionum Brandeburgensium
Profesforis P.

FILIAM UNICAM DUCENTEM.



ERSTMANNNE Aönidum Fau-
tor, Patriæq̄ nitela,
Et Francofurtanâ Consul in urbe
gravis:

A 2

En

En tibi vis animi redit, & vigor integer ævi;
 Quem juvenilis amor, forma, decusq̄ dedit.
 Quando post costam communi morte revulsam
 Illius NATAM ducis habesq̄ viri; (tur
 Flumina quem Viadri, quem littora quæq̄ loquun-
 Quem cedri altigradæ, quem nemus omne sonat:
 Quem PHOEBUS lumen vocitat, columenq̄ So-
 phorum:
 Quem THEMIS in gremio nutrit honora suo:
 Quem famâ & titulis totum super æthera notum
 Post fatum soboles, Posteritasq̄ canet.
 Hujus cum suavi, Consul dignissime, NATA
 Vive diu! & votis cresce, vireq̄ meis!

JACOB. SCHICKFUS de Neudorff
 in Queitsch, J. U. D. Sacratiss.
 Romanor. Imperatoris & Illustris.
 Principis Lignicensis Consiliarius,
 nec non Fisci R. per Silesiam S.
 Patronus. Sbbm Breslæ 26.
 Xbris. 1632.

Sicne

Sicné igitur datur anfa mihi, præclare NEANDER,
Æquivalens meritis vel dare tale tuis?

Scilicet es triplici meritis Tu carmine carmen,
Gaudia quo me vis concelebrare tua.

Gaudia, quæ charæ peperit Tibi Copula Natæ,
Uxor quâ magno jungitur illa Viro.

GERSTMANNI quis non novit prænobile pectus,
Omnimodâ foetum quod bonitate cluit?

Virtus huic antèit; comitatur ponè Pronœa:
Jus & Judicium cingit utrumq; latus.

Jurè tenet fasces Viadrinâ Consul in Urbe,
Inter ubi Musas Tu quoq; Phœbus ovas.

O dignus tali Genero Socer! ô quoq; dignus
Te Socero ille Gener! nomine quippe pares.

Vivat GERSTMANNUS SAMUEL! THEODORA SI-
Vivat! & illorum Tu socio igne cale. (BYLLA

Sint in amore meri! sint pignoris inde feraces!
Hoc Avus in senio quò vocitêre tuo.

Plura precaturo Dea Cinxia vellicat aurem:
Copula ubi felix, Copia nulla deest.

Benè ominans ludeb.

CASPAR CUNRADUS
Phil. & Med. D.

Filia quod tua sit Gerstmanno, clare Neander,
Juncta Viro, grator, mente manuq; Tibi.

O utinam præsens potuissem mentis amorem

Declarare animo, Clare Vir, ipse meo!

Sed licet id renuat distantia longa locorum,

Mente tamen præsens optima quæq; precor.

Quin precor ut multos tua filia transigat annos,

In thalamo incolumis, læta, beata, suo.

Gerstmanni amplificet Genus, Et fœcunda NEANDRI

In senio ac Patri gaudia mille creet.

M. JOHAN. PARICIUS Senior

& Archi-Diaconus in templo

Magdalenéo, Breslæ, quæ Me-

tropolis est Silesiæ. Annum ætat.

suæ nunc agens, LXIII.

Me licet asperior vitæ fors urgeat, intra

Angustosq; DEUS Me velit esse lares:

Ægra mihi quamvis sint membra, & lasa dolore,

Nec mentis, juveni qui fuit ante, vigor.

Non tamen ulla capit Patronum oblivio mentem,

Expertus quorum sum benefacta diu.

Inter quos clarum miror, venerorq; NEANDRUM,

Docta Magisterij qui mihi ferta dedit.

Utq; meæ Gnatae, quæ tum mihi nata, favore

Divino vovit prospera mente piâ;

Hujus

Hujus ego *Natacharæ*, Generoq; suävi,
Relligione pari *fata secunda* precor.
Conjugium felix, incommoda leniat ævi,
Atq; ferat secum gaudia multa *Seni*.

M. JOHANNES FRIDERICUS.

Salve Pieridum decus ô palmare NEANDER;
Philosophum Sidus; Stella decora Dices:
Jàm mihi si liceat votis ex omnibus unum
Nancisci, in Votum totus abire velim.
Scin' tu quale petam votum? chelyn ecce PELARGI
Optarem; aut SCHARLACH, clare Poëta, tuam!
Hæc forsân posset nimium præclara videri
Optio, quoniam aliis ambitiosa satis.
Verum isthac dudum digni ambitione fuistis,
Et tu cum Sponsâ, Sponse novelle, tuâ:
Inprimisq; Socer, præclare atq; optimè, Is ipse
De me qui meritus, Carmine dignus adest.
Quippe Poëtarum tantorum tinctus honore,
Exornarem Elegis Magnificisq; metris,
Ornarem tædas, teneros ut amoris & ignes,
Queis uri intacito gaudet uterq; sinu.
Et Tibi de Genero gratarer, Magne Neander,
Multas ob causas, Carmine, voce, chely:
Nàm stat apud memorem Tschonderum gratia, stabit
Donec in hoc aliquis corpore sanguis erit:

Anté

Ante etenim sex lustra mihi (præfiscini id ajo)
Inter Philosophos Laurea ferta dabas,
Te Duce, publicitus quæ tum γουναίσµασι rursùm
Demonstrare mihi Philosophis licuit:
Meq; quater pulchro decorasti carmine gratans,
Charius omni auro quod fuit, est & erit.
Quocircà, Vir Magne, piis pro dotibus istis,
Mnemosynon gratus reddo Tibi atq; Tuis.
Quodq; sine auxilio possum præstare Poëtæ,
Nunc libeat metro dicere id omne brevi.
Comprecor ut Samuel Gerstmannus floreat, & cum
DOROTHEA optatum Conjugium usq; terat:
Proq; DEI arbitrio numerosâ prole NEANDRI,
Atq; Domum Generis repleat Ipse sui:
Ætatem exhilaret Soceri sic porrò senilem,
Concordi vitâ, moribus & lepidis.
Bina, sit una, caro: sint & duo corda cor unum;
Unum velle, unum nolle, sit Unus Amor.
Conjugibus vitæ edulcabit ea Unio sortem:
Tandem erit ad Superos Unio ea una Comes.

sinceri & constantis amoris
Ergà Excellentiss. Dn. Parentem & Socerum,
Promotorem & Patronum meum magnam:
Ergà itidem Ampliss. Dn. Consulem, Sponsum,
Dominum & Amicum veterem,
Testimonium hoc ponebat
HIEREMIAS TSCHONDER
Philosoph. M.

Jam

Jam vastantur agri; turbantur Marte Carina:
Occupat ille urbes: occupat ille vias:
Omnia campivago præcludit milite septa,
Cogit & invitum quemq; manere domi.
Me quoq; qui Magni debebam tecta NEANDRI,
Filia & ipsius visere festa tori,
Mars cinctum tenuit, dixitq; pericula amorem
Vincere Patroni sæpè solere boni.
Heu satis imperij! monstravit qui mihi quondam
Fidus ad Astrææ castra polita viam:
Quiq; sua mensa me olim est dignatus honore,
Me ingratum Hùic cogor reddere amicitia!
Criminis atq; essem forsan reus, enthea virtus
Ni mihi Patroni cognita tota foret.
Cui scio me primis fuisse fideliter annis,
Et benè - cui constat me - studuisse suis,
Non certè absentem, non is culpabit amicum,
Quem olim præsentem noverat esse suum.
Hinc quod non verbis potui præsentibus, absens
Illud ego, antiquo motus amore, precor.
Sit felix Gnata thalamus, thalamoq; parentum
Quem concors aluit gloria, sit similis.

B

Lascivos

*Lascivos superet numerosâ prole racemos,
In quâ grande Patris spiret Aviâq; Sophos.
Sic benè cedit opus: curasq;, gravemq; senectam
Mulcebit Patris Natus, Aviâq; Nepos.*

antiquæ benevolentiae contestandæ
causâ meritò adposuit

CAROLUS WEINRICHIUS,
Judicij Ecclesiastici Reipubl.
VratisL. Notarius, & judicio-
rum secularium, Curiaq; provin-
cialis, nec non Camerae, quæ ibi-
dem, Advocatus ordinarius,
& Juratus.

Ille ego, qui quondam Viadrinas misus Athenas,
Philosophos, inter quos, maximus arte Neander
solus adhuc (reliqui vixerunt) vescitur aurâ
ætheriâ, nec adhuc pallentibus occubat umbris,
inveni, atq; viros hinc usq; ad sidera notos.
Hic cepi doctas audire & reddere voces.
Me juvenem primùm dulces ante omnia Musæ,
quarum, sacra tuli, magno perculsus amore,
accipiunt, coeliq; vias & sidera monstrant
defectus Solis varios Lunæq; labores,
atq; docent varias rerum cognoscere causas,
& varios hominum mores & facta referre.

Pòst

Pòst mihi CHRISTOPHORUS, solenni more, NEANDER
Pieriis pollens studiis multoq; redundans
eloquio, cujus magnum & memorabile nomen,
præmia, pro studiis, nostri quæ meta laboris, *Anno 1614*
contulit, & mihi sceptrâ SCHOLÆ Divosq; faventes
conciliavit, & ut mensis accumbere doctis
ipse dedit, possem, nec non spectare, celebrem
SVIDNISSAM, quæ alias inter caput extulit urbes
quantum lenta solent inter viburna cupressi.
ô utinam dignas possem persolvere grates!
*Persolvat pro me, rerum cui summa potestas
atq; dabit vires animi membrisque vigorem.*
Nunc varii restant casus, fortunaq; dura
bellaq; jam famâ totum vulgata per orbem.
Vixistis vitamq; extrema per omnia Docti
duxistis, totâ MARS sæviit impius urbe,
Urbs antiqua ruit, multos servata per annos
plurima perq; vias sternuntur inertia passim
corpora, perq; domos & relligiosa DEARUM
limina, mortales inter crudelis ubiq;
luctus, ubiq; pavor, mortisq; instantis imago.
Quæ regio in terris vestri non plena pericli?
sunt lacrymæ rerum, nec possum dicere plura!
At pater ipse jubet, cœli cui sidera parent
luctibus in mediis multam sperare salutem
nec non afflictis meliùs confidere rebus

B 2

quærere

quærere solamenq; MALI sociamq; fidelem.
Non mora: GERSTMANNUS nulli virtute secundus
quæsiit, è multis, præstanti corpore nympham
gnatam CHRISTOPHORI, de nomine req;, NEANDRI,
connubio junxit vitæ sociamq; vocavit.

Conveniunt Docti & consangvinitate propinqui,
& lecti juvenes, qui numina sancta precantur,
exigere ut sponsi felicia tempora possint.

Sponsaq; (longa novem postquam fastidia menses
attulerint) pulcrâ GERSTMANNUM prole parentem
ut possit facere, & post tristia damna, parentes
exhilarare SENES, & dulces mittere NATOS.

FIET! & ut Fiat, numen Cœleste, precabor.

Nunc ô nunc SOCERI pertentent gaudia mentem!

Gnata viro nupsit tali, qui dignus amari,
urbis qui columen, magni & pars magna SENATUS,
Attulit atq; dies optatum festus honorem.

ἐν πλημμελείᾳ τῆς σοφῆς

erga alterum parentem & pro-
motorem ætatem colendum.

feci

M. MICHAËL CÆLIUS Gartio-
Pomeranus, Gymnasii Elisabe-
thani quod est apud W ratisla-
vienses Con - Rector.

SCHOSSERI,

SCHOSSERI, ORIGANI, gratâ non mente recorder?
STRYGOPHORI & Logicâ clarissimi in arte, CALEBI?
Quos Præceptores VIADRINA Academia, primis,
Egresso patriis ostendit sedibus, annis. (Anno 1603.

ORIGANE! ORIGANE! ut jam non terrestribus oris,
Indulgens astrispicio, ingrederis! Tibi regna
URANIES, Cæliq; patent spacia ampla, JEHOVÆ
In gremio, Triados mysteria sancta tueris.

Te RECTORE, & Te HOSPITE, sceptrâ Academica
Vidi; Te numeros didici Duce; Te mihi notus (primùm
EUCLIDES interprete; lucida sidera noctis.

Gratia pro meritis Tibi magna parata; laborum
Merces perpetua est: Tuæ Ephemerides, tua fama,
Nomen & ORIGANI semper, laudesq; manebunt.

Sed mihi quis precio vero, quis laude NEANDRUM
CHRISTOPHORUM dignâ efferat? Ethica NICOMACHÉA
Deno librorum Hic numero explicuit mihi; finxit
Civilemq; virum, ipse Orator, & ipse Poëta: (Anno 1604.
Marchica quem tellus veneratur; Musa perenni
Laude canet; memori nunquam quem tollet ab ævo
Ulla dies, dum BRESLA suis clarebit alumnis:

Aut Viadrum dum piscis habet; stantq; alta BUDORGIS
Mænia; dum spectat BOREAMq; SABOTHUS ab Austro.
Dic venerande SENEX, PHOEBI ferta atq; corollæ,
Quot Tibi doctrinâ claris textæ, atq; Magistri
Mactasti titulis? noster quos CÆLIUS inter, (Anno 1614

TSCHON-

T SCHONDERUSq₃, sui celeberrima fama Lycæi. (Anno 1603.
En superas, Splendor Sophies! en vesceris aurâ
*V*itali, & tecum NATI, nuperq₃ locata
*E*XIMIO vivit *T*ua GNATA VIRO! quis amoris
*I*mmemor alterni, Te non ex asse Beatum
*P*rædicet, & nomen documentaq₃ clara NEANDRI,
*I*nscribat Cedro? Felicia fata gubernent
*V*itæ fila *T*uæ; placidè morere atq₃ resurge;
*N*unquam Marchiacis mihi fortè videndus Athenis.
*S*alve, vive, vale, nostri non immemor Ævi;
*A*ccipe perpetuam, veram, gratamq₃ Salutem.

Fristini Amoris ac Benevolentiae memor, hanc,
DNN. PRÆCEPTORIBUS Academicis, gratitudinis
aram erigere conabatur.

GODEFRIDUS WAGNER Vratisl.
Gymnasi ad ædem D. Elisabethæ
Cantor & Collega.

*P*arva mihi doctæ fuit olim vena Poësis,
hinc malè tornatum fortè ego fingo melos.
*C*onjugium sit foecundum precor, atq₃ secundum,
ut SOCER in senio gaudeat atq₃ SOCRUS.
*A*t Tu flos veterum Virtusq₃; Virum, mihi SALVE,
atq₃ , NEANDRE, vale, fautor amande, mihi!
O utinam vestras licuisset visere MUSAS,
& Tædas oculis fortè videre meis.
*N*il potuisset in hac vitâ jucundius esse;
*A*t retrahit MILES, cura domusq₃ vetat.

Colloquio

Colloqviorum Ego doctorum persæpe recordor,
excidet & nunqvam LECTIO docta mihi.

Qvæ Convictori qvondam per vota precatus,
pondere, ceu video, non caruere suo:

Qvod - mihi - cunq; bonum dedit & dat magnus JOVA,
Id gratâ semper mente revolvo bonum.

Ille dator *Pacis*, pacem qvam poscimus omnes,
omnibus, in terris, voce rogante, dabit.


Bella *chorum* turbant, turbantq; forumq; torumq;,
BELLO nil pejus: PACE nihil melius.

Amicitia & Gratitude
ergo addebat,

MARTINUS JESCHKE Civis Vratisl.
Laudatis. Tribus Zytho-
polarum in Patria Senior.



Colloquium in diebus quibusdam
existeret mandatum factum
que comitum quondam per
potestate, cuiusmodi non
quod nisi - quod bonum debet
Id gratia temperantia
ille dicitur, qui per
omnibus, interis, nec
Bella contra turbam, turbam, turbam
Beromunster: per
Antonia de Gumbert
Iustitiam, Iustitiam, Iustitiam
Laudabilis, Tibus, Tibus
polarem in Parisiis



LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF
SACHSEN-ANHALT
MAGDEBURG



Carmen Elegiacum quod scripsi Joanni Baptista Gebelio
Svidnic. Silesio Pastori Ecclae in Raciborow.

cum praedum Magistrum nancisceret Decano
M. Theodoro Berto 17 Calend. Maij
A. 624. aetate meae 19.

Ita bonis avibus GEBELI, quos Deus Autor,
Cui te fata vocant, ita bonis avibus.

Magnum opus adgrederis, sed, quod tibi cine fultus
Numinis atberei, fortiter expedies.

Ambuet orantis linguam locuplete Suada,

SPIRITUS Orator caelicus ille, tuam.

Seminium disperge **DEI** per cordium agellos:

Nec sine mole preces, aut sine fruge, dato.

Et vineta **DEI** assiduo accubudq; labore

Percole, quo fructus mille, supraq; ferant:

BAPTISTAM ex cathedra **BAPTISTA** imitare tonantem

GEBELI! vera pro pietate puta:

Instrue non-doctos, errantes corrige, fractos

Erige, confuta dogmata vera minus.

Sic vivente volent tecum partizier annos

Prospera dicentes quos sacra dicta feres.

Sublatiq; olim manibus, sine pondere terram

Manibus optabunt, (sed bene sero) tuis,

Cum tuba te rupta tumba revocabit ab umbris,

IOVA, mei pastor dicet, adesto, gregis;

Ambrosia rursus te pascam & nectare; quare

Magna cape astrati pramia, carpe, poli.

Hoc penitis animi penetrabilibus opto, precorq;


JANE mihi multo n nomine care! **VACE.**

ULB Halle

3

002 062 674





Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow



Red

Magenta

White

3/Color

Black



VIRO
 S. EXCELLENTISS.
 NSULTISSIMO,
 CHRISTOPHORO
 ANDRO;
 racticæ, in Illustri MAR-
 RANDEBURGENSIUM
 fessori celeberrimo; Facul-
 losophicæ SENIORI
 meritissimo:
 AM UNICAM
 & primariam Virginem,
 EAM SIBYLLAM,
 plis. ac Prudentissimo,
 ELI GERSTMANNO,
 rancofurtanæ CONSULI
 Laudatis.
 ISTI M DC XXXII.
 Novembri, feliciter elocanti,
 gratulantur
 RATISLAVIENSES.

GEORGI BAUMANNI.

3